1292.

Diverſe

Ingegnoſiſſime, Rariſſime & non maj piu viſte

Curioſe Partite di

TOCCATE, CANZONE
RICERCATE, ALEMANDE,
CORRENTI, SARABANDE E GIQVE,

Di

CIMBALI, ORGANI e INSTROMENTI

Dal Eccellentiſſimo e Famoſiſſimo Organiſta

GIOVANNI GIACOMO FROBERGER.

Per la prima volte con diligentiſſimo Studio ſtampate

Unterſchiedliche

Kunſtreiche/ gantz rar- und ungemeine curioſe, und vorhin nie ans Tags Liecht gegebene Partyen von

Toccaten/ Canzonen/ Ricercaten/ Allemanden/ Couranten/
Sarabanden und Giquen/

Zu ſonderbarem nutzlichen Gebrauch für

Spineten/ Orgelen/ und Inſtrumenten/

Von dem weit- und Weltberühmten künſtlichen Organiſten

Joan Jacob Froberger/

Der gelehrten Muſicaliſchen Welt/ und allen deroſelben Liebhabern zu gantz angenehmer Nutzbarkeit erfunden.

Zu finden bey Ludwig Bourgeat.

Anno M DC XCIII.

58/3

107-13

TOCCATE, CANZONE
RICERCATE, ALEMANDE,
CORRENTI, SARABANDE E GIGVE,
CIMBALI, ORGANI, INSTROMENTI
GIOVANNI GIACOMO FROBERGER,

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

PRÆNOBILI, DOCTISSIMO ET PRÆ-
CELLENTISSIMO

DN. JOANNI JACOBO WALTER,

Eminentissimi & Celsissimi Electoris Moguntini
SECRETARIO, &c.

Prænobilis, Doctissime, Præcellentissime Domine & Patrone plurimum colende.

DVm opus hoc Musicum præstantissimi Viri, nunc piæ memoriæ, Joannis Jacobi Froberger, insigni diligentia conquisitum, summo labore & industria fideli typo excusum, magnis etiam sumptibus prælo datum, erudito sæculo nostro communicare decrevissem, nil antiquius esse duxi, quàm ut tibi Prænobili & doctissimo Viro, Fautori, & Benefactori meo id dedicarem. Præterquàm enim, quod curis & sudoribus meis primitias artis tuæ tam inclytæ excudendas, & publico exponendas tradidisti, unde videor non minimum peritis musices auribus attulisse emolumentum, nec minus etiam in orbe Christiano de Musarum Collegio meruisse: accedit insuper, quod nemini potius, quàm tibi, summo Artifici, hæc Polyanthea Musica debetur, quippe qui cum ejusdem Authore non solum idem Baptismale nomen tibi inditum habes, sed sicut ille harmonia suavissima, & incomparabili artificio æternitatem sibi nominis nunquam intermorituri comparavit: Ita nemo est propemodum hodie, inter eos potissimum, qui Musarum choris interesse, vel Apollini Musices Principi partem vitæ suæ dedicare statuerunt, quibus nomen tuum ignotum sit. Jam enim, quod pace tua dixerim, inclyta fama tua Parnassi culmen incolit, unde te jam immor-

immortalem factum, nulla temporis injuria, nec ulla posteritatis oblivio, nec mors denique omnium rerum caducarum Domina, deturbabit. Inter quæ illud maximè mirum, quod cum alii immensis laboribus à prima usque juventa huic uni Musices studio mentem & ingenia sua devoverunt, tu præcellentissimus Artifex, hanc tibi laudem præstantiæ sic adeptus es, ut nemo prope te imitari possit, admirentur omnes, & tamen non nisi horas vacuas, & quasi per lusum, reliquis vitæ tuæ negociis potioribus surreptas ad hanc artem applicare volueris. Vix ætas hominis sat longa est aliis, ut si totam tibi dederint, te imitentur: tu verò in Aula Principis tui gravissimis occupationibus distentus, id quod tibi spatii supereſt ad relaxandas curas tuas artifici plectro tuo sacrificas. Interim tamen ubicunque inter Musicos tu fidibus tuis insonuisti, arrectæ aures sunt, etiam doctissimorum, & te solum audire gestiunt, tibi cor jucundum dedicant, & gaudiorum cælestium præguſtare dulcedinem sibi videntur. Te ludente chorum integrum, pluresque simul lusisse arbitramur, sic tu fidibus tuis imperas, & non solum harmoniam admirabilem excitas, sed tu solus incomparabili facilitate digitorum tuorum, tantundem es, quod chorus integer. Habes itaque præcellentissime Domine, hic Imaginem tuam Joannem Frobergium hominem in orbe erudito notissimum, qui parem tecum sui nominis gloriam adeptus est, &quocum sine dispendio partiri famam tuam poteris, ille enim in genere suo sibi parem propemodum non invenit, tu in tuo: uterque suspiciendus, uterque in longam usque posteritatem celebrandus. Ne enim utriusque artifex manus, una cum secutura temporali morte (quam nulla artis excellentia evitat) & ipsa corruptioni daretur: ecce eam fideliter æri incidimus, in quo non minime me beatum arbitror, quippe quem fortuna huic summo beneficio dignum arbitrata est, qui memoriæ hominum hoc thesauros commendare possim. Fave itaque conatui meo, & devotioni, qua meritis tuis jam dudum totus devinctus sum: & memento, quod hoc munus meum benigno oculo innueri recusare non possis, cum de eodem prælo etiam Partus tuus orbi tam acceptus prodierit. Deus optimus Maximus, & omnis boni Author, magnificus te diu sospitem, tibi, tuisque Amicis, & humillimis servis, sicut & universis Musices Amatoribus conservet: ut videlicet ætatis tuæ & annorum tuorum numerus multiplicatus, multiplicet thesauros istos, & productiones Parnassi & Musarum tuarum, fructus ingenii & subtilitatis tuæ: & tibi post exactum breve spatium vitæ tuæ terrenæ, choros canentium Angelorum adaperiat, ut illic Deo tuo harmoniam Angelici concentus tui prosequaris, quam hic in terris tam feliciter cœpisti: Quod tibi ex præcordiis suis intime precatur, & cum debito respectu augurat, qui ad omne obsequium tuum promptissimus se nominare audet

Dominationis tuæ Prænobilis & Colendissimæ

Servum humillimum & devotissimum

Ludovicus Bourgeat.

Toccata i.

NB.

Toccata.

2

C:

Toccata.

Toccata

F.

C

G.

Toccata 5.

Toccata

Toccata.

M.

Toccata.


Fantasia
Sopra Il signo
Sol la re
jo

2.

NB.

P.

Ricercar
ii

R.

Ricercar. 12

Capriccio

à 3

Capriccio.

17.

Finis.